



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 76. Leonardi a Cæsare pro Synodi loco nominata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

prohiberentur ut non nisi ea loca, quæ Secul. XV.  
ipſe illis indicaret, acceptarent, reliqua A.C. 1413.  
vero cuncta rejicerent. Ast Pontifex  
cum Legatis suis solerti negotii hujus cu-  
ra impense commendata, abeundi veniam  
daret, scriptasque mandati secretioris  
tabulas, quas manu tenebat, jamjam tra-  
dere vellet, dereumne inutato consilio  
haud amplius eorum potestatem ad certa  
quædam Synodi loca restrictam voluit,  
sed id ipsum mandatum a se scriptum,  
postquam illud eorum oculis subjecerat,  
coram illis dilaceravit, eosque plena po-  
testate instructos a le dimisit, ac dilau-  
datis eorum meritis, haud obscura afle-  
ctus sui ac fiduciæ signa illis exhibens  
dixit, se se illorum prudentiæ ac fidei peni-  
tus committere. Leonardus Aretinus,  
qui huic Pontifici ab epistolis erat, quic-  
quid in hac occasione gestum fuit, sequen-  
tibus enarrat.

### §. LXXVI.

#### *Leonardi Aretini relatio.*

*Qua in re, inquit ille, non videtur præ- Leon. Are-*  
*tercundum mirabile quiddam, quod tunc tins de reb.*  
*accidit, ut omnia cælitus gubernari cognoscamus.* Ital. p. 258.  
*Communicaverat mecum Pontifex*  
*arcane mentem & cogitationem suam. In*  
*loco, inquit, Concilii rei summa est, nec ego*  
*alicubi illud esse volo, ubi Imperator plus*  
*possit:*

**Sæcul. XV.** possit: Legatis igitur ipsis, qui a me mit-  
**A.C. 1413.** tuntur, mandata amplissima, potestatemque  
 maximam ad honestatis speciem dabo, qua  
 palam ostentare possint atque proferre, se-  
 creto autem mandatum restringam ad loca  
 certa, enumeravit mihi subinde loca.  
 Cum in hoc proposito multos dies fuisset,  
 tempus venit, quo proficiisci Legatos ope-  
 rebat, tunc remotis cæteris præter mun-  
 num, legatos secreto allocutus est, multis  
 que verbis cohortatus ad munus legationis  
 diligentissime obeundum, ostendens quam  
 ponderis illa res esset, cuius gratia mit-  
 terentur. Deinde conversus ad benevolen-  
 tiam, cum eorum prudentiam, fidemque lau-  
 daret, ac melius illos cognoscere, quid sa-  
 tu opus esset, quam seipsum dicebat. Dum  
 ista commemorat, atque inculcat, affectus  
 ipse benevolentia propositum diu cogitatum  
 momento temporis immutavit. Decreveram,  
 inquit, loca quædam nominare, a quibus nul-  
 lo modo discederetis, sed in hoc temporis  
 puncto sententiam muto, ac vestræ pruden-  
 tie cunctæ permitto chartulamque, in qua ea  
 loca scripta erant, in eorum conspectu dilu-  
 ceravit, absque ulla alicuius loci nominatione.

## §. LXXVII.

*Urbs Constantiensis ab Imperatore pro  
 loco Concilii nominata.*

Vander-  
 Hardt tom. I  
 part. 10. pag.  
 559. & tom. 6 p. I. Animo præsensisse videtur Joannes  
 XXIII, quæ sibi minus probarentur,

Legat